

DISPUTATIO XIII.

DE ECCLESIA.

THESIS I.

**D**E salutis nostræ causis confessionem  
hactenus ediderunt Protestantes: nunc  
quia, Gregorio etiam Magno teste, salus  
illa extra Ecclesiam nemini obtingit: ad ipsius  
Ecclesie naturam, qualitatem & àxiomata  
sive dignitates explicandas ordine convenientissi-  
mo iudicem transiunt.

2. Est vero articuli istius doctrina pontificia  
genti directè opposita: quippe quæ hunc solum  
locum jam olim sibi delegit, ceu sedem belli, ex  
qua, sub Ecclesie titulo, Ecclesiam ipsam hostili-  
ter impugnaret, & tantum non funditus ever-  
teret.

3. Variatio, quæ huic articulo obtigit, vel ob  
solam theologie illam, de admixtis malis &  
hypocritis, de quibus sequente Articulo VIII. ex  
professo scorsim agitur; Prototypi synceritati me-  
ritè cedere tenetur.

Dd 3

Nos